



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

XIII. De unionibus beneficiorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

CAP. VI.

A dmonet nos incumbens nobis pastoralis officii cura, ut non solum nobis, sed etiam cunctorum Christiani fidelium; & gratetur. Ecclesiasticarum personarum profectibus diligenter inveniunt illorum occursum diligenter; & que in cuiuscunque ipsorum praedictorum hoc hanc quavis etiam auctoritate praedictis competimus, salubriter reformemus. Sane dudum ad nostram perentioitiam, qualiter nonnulli Archiepiscopi, & Episcopi, ac ecclesiarum prelati, nonnulli etiam Principes, & domini temporales in clivis nationis Germanicae, post miserabilem urbis direptionem collationes & dispositiones beneficiorum Ecclesiasticorum nobis & sedi Apostolicae etiam virtute concordatorum a inter sedem & nationem praefatas reservationum temere usurpare praesumpserunt, ac collationes & dispositiones nostras, & dictae sedis de illis factas admittere contempserunt, necdum in nostram & ipsius sedis respectum, sed etiam in iurium nostrorum & eiusdem sedis, ac illorum quibus ab ipsis beneficiis providimus, aut in quorum favorem alias disposuimus, seu providi & disponi mandavimus, grave praedictum. Nos qui a dictis concordatis, que olim Romanae Ecclesiae & dictae nationis hominibus, pro ipsius Ecclesiae unione, ac pace & tranquillitate inter Ecclesiam & nationem praedictas, perpetuo solidandis & conservandis laudata, conclusa, & accepta fuerunt, nullatenus recedere intendimus, ne dicta praesumptores & contemptores, aut peccos in dictis beneficiis intrusi ex huiusmodi temeraria praesumptione gloriant valeant, neve ipsi intrusi ex adultetinis eorum tumulis aliquem fructum reportent, nec illis quibus de beneficiis praedictis per nos aut dictam sedem, seu eius auctoritate provisum extitit, & in futurum providebitur, per aliquem temporis fluxum, seu aliquam patientiam vel toleranciam praedictum fiat aut factum censetur, ut ipsorum officii debito providere solentes, ac concordatis praedictis firmiter inhaerentes, motu proprio, & ex officio, mature deliberatione, ac certa scientia, auctoritate Apostolica, de Apostolica potestate plenitudine, tenore praesentium declaramus, praesentis collationes & alias dispositiones de quibuscunque beneficiis Ecclesiasticis cura & sine cura, nobis & dictae sedi, ut praefertur, reservatis, per Archiepiscopos, Episcopos, Prelatos, ac seculares Principes, & dominos quoscunque, dictae nationis, seu ad eorum praesentationem vel nominationem, etiam per ordinarios ipsorum beneficiorum collatores a tempore dictae direptionis contraque tenorem & formam dictorum concordatorum quomodolibet factas, & in posterum faciendas, personis quibus utrum posterum fient, nisi sint per nos, aut nostra, vel dictae sedis auctoritate approbata, nullam titulum vel solentem ipsa beneficia possidendi tribuisse, aut in futurum, quibus, sed & illos pro maiori fidei possessoribus & merito intrusi ab omnibus haberi & ceteri, ac fructus per eos ex beneficiis huiusmodi percipere, & percipiendos, nullo unquam tempore suos facere, sed ad illorum restitutionem in utroque foro efficaciter obligatos esse, & ad illorum restitutionem, ad eorum quorum interest, seu etiam fidei nostrae iustitiam, omnibus viis iuris, & remediis compelli posse, & debere, & eos nullo unquam tempore beneficio regularum de annali & triennali pacifico possessore gaudere potuisse aut posse. Illis vero quibus eadem beneficia per nos, aut auctoritate nostra vel dictae sedis, tenore & forma concordatorum huiusmodi servatis, collata seu commendata sunt, aut in futurum conferentur vel commendabuntur, necnon Ecclesiis & locis Ecclesiasticis, ac collegiis, quibus perpetuo

quo vel ad tempus eadem auctoritate unita sunt, aut in posterum unentur, ac omnibus illis qui in executione litterarum Apostolicarum eis concessarum per constitutiones, seu mandata Archiepiscoporum, Episcoporum, Praefatorum, Principum, vel dominorum praedictorum, hactenus quomodolibet impediti fuerint, aut in postquam impediuntur, istas regulas, quae unquam temporis fluxum seu patientiam vel toleranciam minime obflare debere, quo minus contra dictos intrusos & intrudendos quocumque tempore iudicialiter expediti valeant.

TITVLVS XII. DE PENSIONIBVS.

Leo Decimus, In Concilio Lateranensi.

**CAP. I.** Voniain Ecclesiae Monasteriorum absque aliquo fructuum diminutione providi decet, ut iam dignitati praesidentium, quam Ecclesiarum & Monasteriorum necessitati consilium. Decernimus pariter ac statuimus, ut super eandem Ecclesiarum fructibus pensiones minime reserventur, nisi ex resignationis causa, aut etiam alia quae in secreto nostro consilio iusta, probabili & honesta habita fuerit.

Pius V.

Laiis, & quae calidam sacris ordinibus annexam non colunt, beneficiorum personibus iure sua nequeant.

CAP. II.

Laiis extra conjugium & in celibatu viventes, ac illegami & clerici conjugati nullas novas pensiones aut fructus aut omnino alias res Ecclesiasticas habeant, nec ipsi, etiam qui conjugati non sunt, si ad primas aut alias nuptias transferant, antiquas deinceps percipere. Clerici vero & alii matrimonium etiam cum unica & virgine contracturi, postquam illud contraxerint, nec antiquas retinere, nec novas assequi possint, sed nec illi laici nec clerici privilegio transferendi pensiones, fructus, aut alias res huiusmodi de cetero possint. Decernentes omnes transferendi facultates ex nunc, antiquas vero pensiones, & alias reservationes tam laicis quam clericis concessas, & quas ipsos clericos habere contigerit, per futurum contra hunc matrimonium huiusmodi extinctas esse. Romae. Id. Septemb. 1568.

TITVLVS XIII. DE VNIONIBVS BENEFICIORVM.

Pius V. Ex Concilio Tridentino.

Provincialium perpetuo unitarum part loci pariter assignanda. Vbi caris non sit maior contentio, nec minor quinquaginta annorum.

CAP. I.

Ad exequendum pastoralis officii debitum, vigilantibus studiis intendentes, ad ea, per quae cathedralium, licet unum Ecclesiarum, necnon Monasteriorum, beneficiorum, seu collegiorum, ac aliorum piorum locorum prospero profectui, divini; cultus augmento, & opportuna congruaque sustentationi patriarchalium Ecclesiarum eidem unitarum statui feliciter dirigendo, & personarum in illis curam animarum exercitium utilitati recta & provida moderatione consulti, & salubriter provideri valeat, libenter interponimus

a DD. in cap. praetera. 22. de iure patron. ten. in c. success. de decimis.

Concordata reservationum edita Nicolae V. in gratiam Germanorum 1447. 14. Cal. April. cum Friderico Imperat. abis, Ecclesiis & locis Germaniae loci Principibus.



